



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Avxentivs Abb. 14. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

quo Lustratam VIRGINEM colimus , die , vidit
hanc è summâ arâ , ad illa cantantium verba) Glori-
a Patri , &c.) prehensâ filoli manu omnibus be-
nedicere. Poterat hoc credo ad cantum Angelos
provocare. Ceterùm dum Terram sanctam pe-
tit IORDANVS , naufragus in medio mari por-
tum reperit , appulsusque ad beatiorem est Soly-
mam. Ex Surio.

*Debemus surgentes gratias Christo agere & om-
ne dies opus in signo facere Salvatoris. Nam in uno
signo Christi omnium rerum est tutta prosperitas:
Qui in hoc signo seminare cœperit; vita fructū con-
sequetur aeternae. S. Max. de carn. host. non timend.*

S. AVXENTIVS ABB. 14, Februarij.

A V X E N T I V S , cùm codem in contubernio non
convenire Marti & vitæ innocènzæ perspi-
ceret , ut Dœ vacaret , vacationem à militiâ sibi
impestravit. Neque arma tantum posuit , sed ut
misercum contra frigus armaret , tunicam ex men-
dicabili humeris suspendit. Alias quò pauperibus
stipendia numeraret , operam suam inter opifices
locavit. Oxeam deinde montem concendit , at-
que iterum , sed melior miles sub pellibus vixit,
omni aliâ veste abjectâ. His horridum pueri Pa-
stores , cùm gregem amissum quærerent , feram
putarunt. Sed ille , quâ erat in juventutē humani-
tate , facile se hominē probavit , imò homine majo-
rem ostendit , cùm vates pueris absens edixit , quò
greges aberrassent. Inter hæc celebrati ab accolis
concurrentibus cœpit , cùm passim ægri venirent ,
fani redirent. Ipse Imp. Marcianus familiariter
usus viro fuit , & ad Chalcedonense Concilium
evocavit. Ibi dum Patres præstolatur , & velut
impostor

impostor habetur, à columbâ cibum accepit. Verbis deinde ac miraculis Christi divinitatem & virginitatem Christi Mattis propugnat. Obit denique longâ patientiâ clarus, & vermes, cùm è putrido vulnera exciderunt, loco suo reponere solitus. Nos delicati vermium nomen horremus, sed mortui baculo scilicet (ut ille canes) abigemus.

Ex Metaphr.

Quid est parare viam Domini, nisi adventanti de caelo Iudici, purgato à vitiis pectore, simplicis cordis habitaculum preparare? Quid est rectas facite semitas ejus, nisi ut tales actuum tuorum tibi munias vias, quas perambulare propitius veniens ad te Dominus delectatur? S. Maxim. hom. 1, de S. Ioan. Baptr.

SS. F A V S T I N V S E T I O V I T A M M.

xx. Februarioj.

SVb annum Christianū C. XXXII. cùm Brixienis Pontifex Apollonius metu tyrannidis fugā subduxisset se, ne barbaro furori lacerandus Christi grex pateret, meliores in locum Pastores F A V S T I N V S Sacerdos & Iovita Diaconus successere. Certè animas suas non multò post impendere gregi suo non dubitarunt, cùm memorabiles prius pugnas edidissent, quibus non modò Italicum Comitem sed Adrianum ipsum Imp. quin iñd ipsos Deos triumpharunt. Solis enim Colossum adorare jussi, hunc primò in carbuncles, deinde in favillas redegerunt, filio suo Phaethonti posthac similem. Iam leones, leopardi, ursi que virtutem in Pastoribus nostris horruerunt, & cùm prius carnifices, interque hos sacrificulum Satursi, Comtemque Italicum lacerassent, imperio Martyrum in silvas, & nemora sua emigrarunt.

Post